

APPROBATIO COLLEGII MEDICI BRUXELLENSIS.

QUAMQUAM locuples Materiæ Medicæ thesaurus ,
quin in Dispensatorio Pharmaceutico Austriaco-Viennensi ,
reperibilis , præ se ferat , multiformium elegantium
que Compositionum ac Præparationum , talem appara-
tum ; ut nil ultra , Sagaci Medico , pro indicatio-
nibus suis abunde satisfaciendis desiderandum linquere
videatur : nihilominus , Appendicem , per Edito-
res , à nobis expetitam , Compositionum aliquot ac
Præparationum , haud minus expertæ efficaciam ,
subiectare ad calcem Libri , pro publici bono , con-
sultum duximus . Cæterum non possumus , quin
Typographis annuamus & congratulemur ; suscep-
tumque eorum laborem omni laude dignum judice-
mus : Quandoquidem hoc *Pharmaceuticum Opus* ,
in his regionibus Medicam & Pharmaceuticam Artem
profidentibus , tam utile ac necessarium quam in Ger-
mania , formâ magis concisâ & commodâ , recusum ;
facile nunc à quovis & modico pretio , comparari
poterit . Datum Bruxellis die 20. Aprilis 1747.

J. J. J. DE HOZE , *Praefectus*.

P. J. DU MONT , *Praefecti Vicarius*.

F. DE BRUYN , *{ Visitatores Ordinarii*.
J. J. DE BOURGOGNE , *{*

J. PERRET , *Quæstor*.

M. C. BACLE , *Syndicus*.



IN NOVAM HUJUS OPERIS EDITIONEM EPIGRAMMA.

Auspiciis CAROLI , quondam , quod in Urbe Viennæ
Prodiit ; en autem nobile prodit Opus .

O minam in dicta , quos fructus protulit , Urbe
Percipere his pariter Belgica nostra queat .

AUGUS-